UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniæ, 1526

VD16 E 3030

59 Qui eligant meliora ex libris sancto[rum], Blasphem co[m]parationes confundunt. Hieronymus inique calumniatus defenditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34433

Visual Library

Vbi latina illa induſtria Græce æquata, q̄ ſic ludit
& ludit uocabulo uaniſſimo? Sed ſic cōtingit im
prudentibus, ut malignis lectoribus librorum, dū ea
q̄ ſunt infirmitatis in patribus & ſanctis, faciūt o-
mnia eē ſummæ autoritatis, ut culpa iſta nō ſit au
torum, ſed lectorum. Ac ſi qs ſanctimonia & autorita
te ſancti Petri nixus, cōtenderit oīa q̄ S. Petrus un
q̄ dixit, eē uera, ut etiā illud pſuadeat eē uerum, quod
Matthæi. 16. ex carnis infirmitate ſuaſit Chro, ne
pateretur, aut illud, ubi iuſſit Chrm exire a ſe de na
ui, & mlta alia, in qbus ab ipo Chro rephenditur.
59 Similes ſunt, q eiuſmodi ſunt, illis, q riden
di grā garriunt, nō eē oīa uera, q̄ ſunt in Euange-
lio, & apprehēdunt illud Iohan. 8. ubi Iudæi dicūt
ad Chriſtū, Nōne bene dicimus nos, φ Samarita
nus es & dæmoniū habes? Vel illud. Reus ē mor-
tis. Vel illud. Hunc inuenimus ſubuertentē gentē
noſtrā, & prohibentē tributa dari Cæſari. Idē fa-
ciunt, diuerſo quidē fine, nec uolūtate, ut illi, ſed
cæcitate & ignorātia liberi arb. aſſertores, q ex pa
tribus id, qd infirmitate carnis lapſi pro lib. arbi.
dixeruut, ita apprehēdunt, ut etiā opponāt ei, qd
alio loco ijdē patres fortitudine ſpūs cōtra liberū
arb. dixerunt, tū urgent mox, & cogūt, ut melius
cedat deteriori. Ita fit, ut autoritatē deterioribus
dictis tribuant, qa faciunt ad ſenſum carnis ſuę, &
adimant melioribus, qa faciunt cōtra ſenſum car
nis ſuæ. Cur nō potius eligimus meliora? Talia e-
nim mlta ſunt in patribus. Et ut exēpli aliqd affe
rā. Quid carnalius? immo qd magis impiū, ſacri-
legū, & blaſphemū dici pt, q̄ id qd Hieronymus
ſolet, Virginitas cœlū, cōiugiū terrā replet, qſi Pa
triarchis

triarchis & apl̄is ac chriſtianis cōiugibus terra, nō cœlū debeat̄, aut uirginibus ueſtalibus in gentibus ſine Chr̄o, cœlū debeat̄? Et tn̄ hæc & ſiſia ex patribus colligūt Sophiſtæ, dū nūero potius q̄ iudicio certāt, ut autoritatē illis parēt, quēadmodū fecit inſulſus ille Faber Cōſtantienſis, q margaritū illud ſuū, id eſt, Augiæ ſtabulū nup̱ donauit publico, ut eēt qd̄ pijs & eruditis nauſeā cieret & uo-

60 Per hæc ad illud rn̄deo, ubi dicis (mirū Incredibile eē, ut deus eccl̄iæ ſuæ errorē diſſimularit tot ſecl̄is, nec ulli ſanctoꝝ ſuoꝝ reuelarit, id qd̄ nos cōtendimus eē doctrinæ euangelicæ caput? Primū nō dicimus errorē hunc eē in eccl̄ia ſua toleratū a deo, nec in ullo ſuo ſancto, Eccl̄ia em̄ ſpū dei regit̄, Sācti agunt̄ ſpū dei, Rom. 8. Et Chr̄us cū Eccl̄ia ſua manet uſq; ad cōſummationē mūdi. Et eccl̄ia dei eſt firmamentū & colūna ueritatis, Hęc (inq̄) nouimus, Nā ſic habet & ſymbolū oīm noſtrū, Credo eccl̄iam ſanctā catholicā, ut impoſſibile ſit, illā errare etiā in minimo articl̄o. Atq; ſi etiā donemus, aliq̄s electos in errore teneri in tota uita, tn̄ ante mortē neceſſe ē, ut redeāt in uiā, qa Chr̄s dicit Iohā. 8. Nemo rapiet eos de manu mea. Sed hic labor, hic opus eſt, certo cōſtare, an illi, quos tu eccl̄iam uocas, Eccl̄ia ſint, ul̄ potiꝰ an tota uita errantes, demū ante mortē ſint reducti. Neq; em̄ ſequit̄ ſtatim. Si deus illos oēs, q̄s adducis, quātauis longa ſerie ſecl̄oꝝ, eruditiſſimos uiros, paſſus ſit errare, ergo eccl̄iam ſuā paſſus eſt errare. Vide populū dei Iſrael, ubi in tanto regū nūero & tēpore, ne unus quidē rex nūerat̄, q nō erret. Et ſub Elia ꝓpheta ſic oēs & omne qd̄ publicū erat iſtius po-

puli